



# Q· SEPTIMII FLOREN T I S T E R T V L L I A N I , D E P A L L I O L I B E R .



RINCIPES semper Aphricæ viri Carthaginenses, uetustate nobiles, nouitate felices, gaudeo uos tam prosperos temporum, cum ita uacat ac iuuat habitus denotare pacis. Hæc & annona & ocia ab imperio & à cœlo. Bene est. Tamē & uobis habitus aliter olim tunicae fuere, Et quidē infama de subtegminis studio, & lumenis consilio, & mensura & téperamento, quod necquia trās crura prodige, nec intra genua uerécude, nec bra  
Alias intra crura.  
chijs pare, nec manibus arte, sed nec cingulo sinus diuidere expeditum beate quadrata iustitia. In uiris stabant pallij extrinsecus habitus & ipse quadrangulis ab utroqe laterum regestus, & ceruicibus circūstructus, in fibulæ morsu humeris acquiescebat. instar eius hodie Aesculapio iā uestro sacerdotium est. Sic & in proximo soror ciuitas uestiebat, & sicubi alibi in Aphrica Tyros. ad cum secularium sortiū uavia uiturna, & Romanis deus maluit, so  
Fort. At cum, ex  
ror quidem ciuitas suapte arbitrio mutare properauit, ut ad pulsum Scipio, mox, è Romanis  
deos.  
nem ante iam de habitu salutasset Romanū præcoca. Vobis uero post iniuria beneficium ut senium non fastigium exemptis, post Gracchi obsecena omnia, & Lepidi uiolēta ludibria, post trinas Pompei aras, & longas Cæsa  
ris moras, ubi mœnia Statilius Taurus imposuit, Solennia Sentius Satur  
ninas enarravit, cū cōcordia iuuat, toga oblata est. Prò quantū circūmeauit à Pelasgis ad Lydos, à Lydis ad Romanos ut ab humeris sublimiores po  
puli Carthaginenses complectetur. Exinde tunicā longiorem cinctu arbitrantes suspenditis, & pallij iam teretis redūdantiam tabulata congregatio  
ne fulcitis, & si quid præterea conditio uel dignitas, uel temporalitas uestit. Pallium tamē generaliter uestrum immemores etiam denotatis. Evidem haud miror præ documēto superiore. Nam & arietem (nō quem Laberius reciprocicornē, ut lanicudem & testitram, sed trabes machina est quæ mu  
ros frangere militat) nemini unquam adhuc libratum, illa dicitur Cartha  
go studijs asperrima belli, prima omnium armasse in oscillum penduli impetus, commentata uim tormenti, debile pecoris caput uindicātes. Cum ta  
men ultimant tempora patriæ, & aries iam Romanus in muros quondam suos audet, stupuere illico Carthaginēses ut nouum extraneum ingenium.

Y tantum